Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



mutende. Ac si diceret. Post quam sedem mam estimationem bene ostendimus quæ sit ierarchia ex distinctione eiusdem posita nunc sequens est ut laudem angelicam ierarchiam. i. ut ostendamus quantum laudata sit in scripturis sacris. siue quantum ex his quæ de ipsa dicta sunt laudabilis appareat demonstrem. Et ad hoc demonstrandum sequens est ut mutuam sup mundanis oculis. i. spiritibus et spiritum uidentibus oculis mirabiles facturas. i. compositionis et adaptationes formarum quæ melioris sacis illi attribuunt ad mutabilem eius naturam demonstrandum. Ideo autem spiritibus oculis ea quæ mutabilia ponunt mutenda s. ne hoc solum esse putetur quod uidetur ne mens in illo remaneat quod foris spectat. sed illud quod exterius in demonstrationem ponitur. ad aliud uerius et sublimius contemplandum eniatur. Idcirco sequitur. Et ascendamus in diuinissimam ex. scilicet angelorum simplicitatem. per mysticas formationes. Idcirco magis sup mundanis oculis mutende s. mirabiles formarum facture ut per ipsas mysticas formationes extinsecus considerantes. exentur. intinsecus ascendamus ad diuinissimam ipsorum angelorum simplicitatem. Quasi enim multiplicitas quædam angelis est ipsa per quam exterius demonstrantur mysticarum formationum uarietas simplicitas autem illorum spiritalis et inuariabilis naturæ suæ unitas. In multiplicitate quidem sua diuinitatem non habent sed in simplicitate qua mea parte qua per uisibiles formas demonstrantur corporeæ naturæ similitudinem assumunt. mea autem parte qua spiritalis ipsi et incorporea natura intelliguntur ad imaginem et similitudinem respiciunt. Que similitudo non solum diuinis sed etiam diuinissima appellatur. quia eum eadem ipsa in hominibus quoque inuenitur in angelis uti excellentior creditur. Sequitur. Et simul omnis ierarchiæ scientiæ principium laudabimus in diuina religiositate et per sacratissimis gratiarum actionibus. Ineo magis quam angelicam ierarchiam laudabimus simul etiam laudabimus diuinam et summam ierarchiam quæ principium est omnis ierarchiæ scientiæ. iquam sit omnis ierarchia et per quam disposita est omnis ierarchia. quia omnis ierarchia et per eam disponitur et a ea illuminatur. Laudabimus in